

TRACTATUS

De Virtutibus moralibus, & Vitiis eis oppositis.

- CAP. I. DE Prudentia, & Vitiis ei oppositis. 110
 CAP. II. De Fortitudine, & Virtutibus ei annexis, ac Vitiis oppositis. 111
 CAP. III. De Temperantia, & Virtutibus ei annexis. 113

APPENDIX.

De jejunio Ecclesiastico. 116

APPENDIX.

- Ad usum Missionariorum. 120
 De Orientalis Ecclesiasticae Jejunium disciplina. ibid.
 CAP. IV. De Virtutibus Iustitia annexis. 123

TRACTATUS

De Iustitia, & Jure, Injustitia, & Restitutione.

- PARS I. DE Iustitia, & Jure. 126
 CAP. I. De Iustitia. ibid.
 CAP. II. De Jure. 127
 §. I. De Dominio. ibid.
 §. II. De praescriptione. 131
 §. III. De usu, usufructu, & servitute. 133
 §. IV. De Possessione. 134

PARS II. De injuriis, & necessaria restitutione in genere. 135

CAP. I. De Injuria seu injustitia in generalibus. ibid.

CAP. II. De natura & necessitate restitutionis. ibid.

CAP. III. De radice obligationis restitutionis. 136

CAP. IV. De Cooperantibus ad damnum. 147

§. I. De Mandante. 150

§. II. De Consulente. 151

§. III. De Consente. ibid.

§. IV. De p[ro]pone, seu adu[er]sario, & lat[er]atore. 152

§. V. De Receptatore. ibid.

§. VI. De Participante. ibid.

§. VII. De Causa negativa. ibid.

CAP. V. De circumstantiis restitutionis, & ordine in eo servando. 153

CAP. VI. De causis excusantibus a restitutione vel ejus dilatione. 156

PARS III. De injuriis in particulari, & necessaria restitutione. 160

CAP. I. De injuriis & damnis in bonis spiritualibus, & necessaria restitutione. ib.

CAP. II. De Injuriis in corpus proximi per homicidium & mutilationem, & necessaria restitutione. 161

CAP. III. De injuriis in corpus proximi per stuprum & adulterium, & de necessaria restitutione. 171

CAP. IV. De injuriis contra famam & honorem per judicium temerarium, detractionem, calumniam, & contumeliam, & de necessaria restitutione ec. 175

CAP. V. De Injuriis in bonis qua dicuntur fortunae, & necessaria restitutione. 187



TRA.

TRACTATUS
DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

Nota 1.



irtus generatim recte definitur habitus habitans vel inclinans ad rectam operationem; & consequenter periciens ac recte disponens subiectum, cui inest. Unde ex S. August. lib. 3. qu. 41. Virtus est animi habitus naturae modo atque rationi consentaneus.

Virtutes dividuntur. 1. In intellectuales, quae in-

tellektum habitum reddunt seu inclinant ad actum verum; & in virtutes voluntarias, quae voluntatem habitum reddunt, vel inclinant ad actum honestum. 2. In theologicas, & morales. Virtutes theologicae, de quibus hic agitur, sunt tres, quae habent Deum pro objecto materiali immediato scilicet primario, & aliquam ejus perfectionem pro formali, sui motivi scilicet principalis. Tres sunt, nempe Fides, Spes, & Caritas. De Virtutibus Moralibus suo loco (1).

Nota

(1) Omnium generatim Virtutum, videlicet quae Theologicarum, quae Moralium finem, necessitatem, usum haec praecleara doctrina pandit D. Bonav. (in 3. sent. dist. 35. art. 1. q. 1.) Generalis necessitas virtutum est ad reflicandam potentiam animae contra obliquitatem, & ad vigorandum contra difficultatem: virtus enim facit potentiam rectam, & vigorosam. Et quoniam convenit hominem ordinari ad Deum, proximum, & se ipsum, & in his eisdem potest obliquari, & impediri, sive retardari: hinc est, quod non solum indiget habitibus ipsam vigorantibus, & reflicantibus, prout directe tendit in Deum, cujusmodi sunt habitus virtutum theologicarum, sed etiam habitibus indiget ipsam regulantibus, & reflicantibus, prout ordinatur ad se ipsum, & ad proximum, & tales sunt habitus virtutum cardinalium. Unde sicut praeter praecpta prima tabulae, quae directe ordinant in Deum, oportuum fuit ponere praecpta secunda tabulae, quae ordinant ad proximum; sic etiam in habitibus est intelligendum. Et

Antoine Theol. Moral. T. II. P. I.

propterea, praeter habitus virtutum theologicarum, necessarium est ad salutem ponere habitus virtutum cardinalium. Itaque merito ab his scriptis (Compend. Theol. Verit. lib. 5. c. 8.) Sicut in cithara, si defuerit una chorda, non erit harmonia perfecta: ita nec in anima erit spiritualis melodia, nisi adiint omnes virtutes. Porro de utriusque classis virtutibus maxima cum laude, summoque Christianae Reipublicae emolumento scriptis Angelicus Doctor in ea Theologica Summa parte, quae dicitur secunda secunda, ab initio ad finem usque, quae de Spir. Creaturis inscribuntur. Multa pariter de Virtutibus, tum Theologicis, tum Moralibus, sapientissime evadit Bened. XII. variis in locis Operibus de Beatiss. Serv. Dei, (praesertim lib. 3. c. 23. & 24.) quae magna ex parte sunt derivata ex prelaudato distissimo Testamento Angelico. Eum ipsum in finem consulenda, ac secundo perlustranda optima Commentaria

A

ria

Nota 2. Virtutum actus alii sunt elicti, alii imperati. Actus elictus alicujus virtutis est, qui ab illa immediate procedit. Imperatus est actus pertinens ad unam virtutem, sed qui ex motu ac imperio alterius virtutis fit, & ab ea assumitur tamquam medium ad proprium finem assequendum.

PARS PRIMA

DE FIDE.

CAPUT PRIMUM

De natura & necessitate Fidei.

Quest. I. Quid est Fides?

Resp. Fides actualis est assensus supernaturalis & firmissimus, datus rebus a Deo revelatis propter Deum revelantis auctoritatem, seu veracitatem. Hinc obiectum ejus materiale sunt res omnes a Deo revelate: formate vero est auctoritas Dei revelantis, per quam summe repugnat Deum falli & fallere: nam summa Dei auctoritas in revelando, que idem est ac veracitas, est complexum tum ex sapientia infinita, qua Deus perfectissime novit omnia uti sunt, nec potest errare; tum ex bonitate infinita, qua vult revelare res ut illas cognoscit, nec potest fallere. Quare Fides divina excludit omnem dubitationem, & formidinem saltem voluntariam (*). Fides habitualis est habitus per se infusus, elictivus actuum Fidei cum auxilio gratie, sive est habitus per se infusus, permanenter habitans ad actus Fidei elictivos.

Nota. Innocentius XI. damnavit hanc propositionem: Assensus Fidei supernaturalis est utilis ad salutem, sicut cum notitia saltem probabilis revelationis: immo cum formidine, qua quis formidat ne non sit locutus Deus.

Hec propositio est 21. ex proscriptis ab Innoc. XI. ac ad id comprobandum, quod Auct. asserit, opus est etiam duas antecedentes, ac sequentem re-

ria ejusdem D. Thomae a duobus proferri interpresibus rata, nimirum a doctissimo Sylvio, & eximio P. Suarezio. S. Bonaventura propositum thema quam frequenter arguit in auctoris suis Operibus: prolixius vero & accurate in lib. 3. sent. dist. 23. & novem sent. in Censura, par. 3. sect. 36. usq. ad 41. in Compend. Theol. Vestit. lib. 3. c. 5. usq. ad 18. atque in Opusculo integro de Gradibus Virtutis veluti per scalam gradus assensuum aperit ad montem omnium virtutum. Posteriori hac mente gloriam Seraphici sui Magistri Fidei amulius est Em. Card. Brencazzi de Laurea tribus integris Tom. in fol. nempe 2. 3. & 4. in lib. 3. sententiarum Reverendissimi Consultoris Sac. Congreg. Rituum Galde suspiciens, ac familiariter habens. Missis facio plures egregios Descriptores Ethicos, qui de tollis virtutibus Cardinalibus, seu Moralibus scite perstraxerunt, inter quos eminent ex antiquis Gregorius Romanus Augustinensis aequae, ac Colemanensis Familiae decus, in Oper. de Regim. Princip. lib. 1. par. 2. per totum, & ex recentioribus Eminent. Card. de Aguir. Venerabilissima Scholae columen, in duobus

conferre; 19. Voluntas non potest efficere, ut esset sui fidei in seipso si magis firmus, quam essent pondus rationum ad assensum impellentium. 20. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem. Et 22. Fides late dicta ex seipsum creaturarum, similitate motivo, ad justificationem sufficit.

Quest. II. An & qualis actus Fidei est necessarius necessitate medii?

Nota 1. Illud est necessarium necessitate medii ad salutem, sine quo salus obtineri nequit, etiamsi illius omissione sit inculpabilis. Illud est necessarium necessitate precepti, quod est preceptum, & sine quo prorsus salus obtineri nequit, si culpabiliter omittitur, nisi hoc omissione per poenitentiam remittatur. Si tamen sit necessarium hac sola necessitate, ejus omissione inculpabilis non imedit salutem. Porro quidquid necessarium est necessitate medii, est etiam necessarium necessitate precepti, si fit in nostra potestate; nam eodem precepto quo tenemur procurare nostram salutem, tenemur etiam nobis comparare media ad salutem necessaria. Certum est autem, habitus Fidei, Spei, & Caritatis esse omnibus, etiam inculpabilibus necessarios necessitate medii, ex Conc. Trid. sess. 6. c. 7. nam nemo unquam iustificatus sine infusione habituum Fidei, Spei, & Caritatis. Sed nullus actus virtutum infantibus est necessarius ad salutem, cum nullus sint capaces, & tamen salvari possunt.

Nota 2. Aliquid credi potest, vel expresse, hoc est, distincte, & secundum se ac proprium conceptum; vel implicite, id est, non distincte, non secundum se, sed confuse, & in alio in quo continetur: ut cum creditur, quidquid Ecclesia credit, tunc creduntur implicite omnia dogmata Fidei.

Resp. 1. Omnibus adultis est necessarium necessitate medii credere explicate actu supernaturali Deum existere, providere salutem hominum, & iustos remunerari vita aeterna. Constat ex Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Et ex Conc. Trid. sess. 6. c. 7. sine

integris Tom. in fol. scilicet Disput. Ethic. & Comment. in Aristot. Ethicam: Juxta Notam hanc absolute ingenioso, ac salubri monito D. Bonaventurae, cuius pariter verbis ipsam invocamus. Confirmata, juxta constantem SS. Patrum doctrinam, mirabili connexione, & similitudine virtutum, observata (Comp. Theol. Veris. lib. 5. cap. 8.) illarum aliquas esse matres reliquarum; non quod habitus virtutis generet habitum, sed motus motum. Argue secundum hunc modum, subdit quatuor dicuntur esse matres virtutum, scilicet Fides origine, quia ex motibus fidei surgunt motus aliarum virtutum: Caritas educatione: Prudentia regimine: Humilitas conversatione. Porro autem quidquid nos in Dissert. Proem. (N. 24. usq. ad 49.) de necessitate, utilitate, extantia Doctrinae divinitus revelate tradidimus, duce ipso Seraphico, ac tribus aliis veteris Scholae Principibus, debet procul dubio certis ac necessariis usque ad Tract. de Supernaturali Fide, quem hic a vestigio Auditor orditur. (*) De voluta revelatione.

ne qua (Fide) nulli contigit inquam justificatione. Nam Deus non vult salvare adultos, sine propria eorum cooperatione, que non potest sine tali Fide salutem procurare. Hinc Innoc. XI. damnavit hanc propositionem: Nonnulli Fidei animum Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita remuneratori. Requiritur autem explicita Fides Dei ut remuneratoris supernaturalis, nempe per vitam aeternam in celo, quam solus Deus revelavit & promittit, quaeque est supernaturalis merces.

Resp. 2. Nunc ab Evangelicis promulgatione omnibus adultis necessaria est necessitate medii Fides explicita Incarnationis quoad divinitatem, humanitatem, passionem, mortem, & resurrectionem Christi Salvatoris nostri.

Prob. 1. Ex Joan. 17. Hec est vita aeterna (id est vita aeterna) ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Et ad Gal. 2. Non iustificatur homo ex operibus Legis, nisi per Fidem Jesu Christi. Etenim in Christo Jesu credimus, ut iustificemur ex Fide Christi. Ubi Apostolus agit de Fide in Jesum Christum, qualem habebat ac predicabat, & docentur Fideles. At talis Fides est Fides explicita Christi ut veri Dei & hominis, pro salute hominum mortui &c. Deinde Fides Christi in sensu proprio id significat, per Fidem Christi plus intelligitur, quam per Fidem Dei ut remuneratoris, & salutis humane providentis, quae est Fides implicita Christi. Idem docent Patres.

2. Ex Conc. Trid. sess. 6. c. 6. ubi exponitur ea, quae ad justificationem credi debent, ait: Libere morantur in Deum, credentes vera esse, que divinitus revelata & promissa sunt, atque illud in animi, a Deo iustificari impium per gratiam ejus, per redemptionem, quae est in Christo Jesu.

3. Ex S. August. lib. 2. de corrept. & grat. c. 7. A damnatione se non liberabunt, qui dicere poterunt, se non audivisse Evangelium Christi. Et infra: Quicumque ab illa damnatione, ista divina gratiae largitate discreti sunt, non est dubium quod & procuratur eis audendum Evangelium, & cum audiant, credunt &c.

4. Quia homines debent nosse viam salutis pro ratione status in quo versantur: aut Christus est via salutis nostrae, ut ipse testatur Joan. 24. Ego sum via, veritas, & vita. Et vero non est verisimile Deum voluisse, Fidem explicitam Christi pro ejus gloria & salute nostrae, & auctoris salutis nostrae, & iam ubique publice predicari, non esse magis necessarium, quam fit cogitatio aliarum rerum, a quibus non ita pendet salus nostra: praesertim cum hoc ad honorem Christi conducatur.

Resp. 3. Nunc etiam fit necessaria est Fides explicita SS. Trinitatis, Quia 1. Fides SS. Trinitatis est obiectum Fidei nostrae primarium, & fundamentum salutis nostrae; & Ideo Baptismus, qui est Sacramentum Fidei, necessario confertur debet, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ex Matth. 28. Docete omnes gentes, baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. At quod est salutis fundamentum, id certe secundum se & ex-

(1) Alibi Fidei non debent comprehendere tantum in genere quidquid Fides dicitur, sed debent etiam

placite requirunt. 2. Fides explicita Incarnationis non potest esse sine Fide explicita Trinitatis; nam (ut ait S. Thom. 2. 2. q. 2. ar. 8.) In mysterio Incarnationis hoc continetur, quod Filius Dei carnis assumptus, quod per gratiam Spiritus Sancti mundum renouaverit, quod ex Spiritu Sancto conceptus fuerit. Ex Symbolo Athanasiano ab Ecclesia usu recepto, & approbato, ubi: Fides Catholica haec est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremus &c. Sed necessarium est ad aeternam salutem, ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat &c. ... Haec est Fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

Hinc Innoc. XI. damnavit hanc propositionem, quae est n. 64. Absolutionis capax est homo quantumvis labore ignorantiam mysterium Fidei, & etiamsi per negligentiam etiam culpabiliter nesciat mysterium Santissime Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

Resp. 4. Necesso est necessitate medii, ut adulti credant generatim vera esse omnia, quae a Deo revelata & promissa sunt, quaeque per Ecclesiam credenda propositi; ideoque credant implicite omnia Fidei dogmata, ex Conc. Trid. sess. 6. c. 5. sapienter. Et vero auctoritas Dei revelantis existit, ut saltem sic generatim credantur omnia, quae ipsa revelavit.

Quest. III. An & quarum rerum Fides explicita praescripta sit?

Resp. Extat praecceptum speciale Fidei. Constat, 1. ex Marc. 16. Credite Evangelio. Et cap. ult. predicat Evangelium. Qui non crediderit, condemnabitur. 2. Quia Innocent. XI. damnavit hanc propositionem: Fides non confertur cadere sub praecceptum speciale & secundum se. Hoc praecceptum obligat tum ad credendum & confitendum, tum ad discendum quae credenda sunt, prohibetque omnem infidelitatem internam ac externam & ignorantiam credendorum. (1)

Resp. 2. Ex communi sententia omnes adulti tenentur sub mortali ob materia gravitatem, credere explicate, ideoque seire & addicere, 1. Mystica Trinitatis & Incarnationis: nam omnia quae sunt necessaria necessitate medii, sunt etiam adultis necessaria necessitate precepti, si sint in eorum potestate; quia quisque tenetur omnia media ad salutem necessaria assumere, cum ex Legge divina & caritate illi teneatur salutem suam procurare. Praeterea illa mysteria sunt primarium Fidei obiectum, ergo fit quae obiecta tenemur explicite credere, maxime ista.

2. Omnes articulos Symboli, saltem quoad substantiam & sensum, ita ut de singulis interrogati sciant respondere. Constat tum ex Marc. cap. ult. cit. tum ex canonibus 58. 59. 105. dist. 4. de consecr. & catechismo Romano; tum ex praxi perpetua Ecclesiae, quae semper Symboli notitiam a fidelibus exigit; nec ullum adultum sine illa ad Baptismus admittit: tum quia praecceptum Fidei obligat per se ad praecipua saltem Fidei Christianae capita, seu articulos cognoscendum & credendum; idque ex-

(1) Alibi Fidei non debent comprehendere tantum in genere quidquid Fides dicitur, sed debent etiam credi explicita ea Mystera quae sciri debent. Insl. Eccl. Lambertini 72.

git status ac professio hominis christiani, qui debet scire mysteria & doctrinam Christi, saltem quoad substantialia capita, quae ut omnibus cognoscenda & credenda Apostoli divino instinctu disposuerunt.

2. Sacramenta saltem ea quae debent aut volunt suscipere: eorum efficaciam & dispositiones necessarias ad ea debent, & utiliter recipienda: nam sine tali cognitione non possunt illa religose ac dignè suscipere: ita sacrificium Missae: nam tenentur et reverent, ac devote interesse.

4. Tenentur scire omnia Dei & Ecclesiae praecepta & omnes obligationes ad suum statum, munus ac officium pertinentes. Nam singula praecepta obligant ad sui cognitionem, cum sine ea observari nequeant: praeceptum enim suum praecepit simul media ad illum necessaria. Immo, ut notat Delugo, cognitio, & Fides mandatorum Dei necessaria est non solum ex praecepto aliarum virtutum, sed etiam ex ipsa virtute Fidei, quatenus sunt veritates a Deo revelatae, ut ab omnibus credantur, & in praxim reducantur: nam quando Deus aliquid universaliter praecepit, atque proponit & revelat, ut a subditis omnibus observetur, ipsa virtus Fidei obligat ad credendum positive praeceptum, & ad audendum & cognoscendum illud. Neque haec possunt sine gravi irreverentia contra auctoritatem divinam omitti.

5. Orationem Dominicam, ut datur praeceptum orandi: & haec oratio praescripta est a Christo, Matth. 6. Sic quilibet. Et Ecclesia dicit in Missa: Praeceptis salutaribus moniti. ... audemus dicere: Pater noster &c. continentur omnia a Deo precepta.

Ex praecepto autem Ecclesiae, & consuetudine vin Legis habenda, tenentur omnes scire memoriter Symbolum Apostolorum, Decalogum, Orationem Dominicam, & quidem lingua quae intelligatur, atque etiam modum forsan dicendi Crucis. Debent autem horum omnium sensum percipere, cum debeant ipsa scire, ut res Fidei credant, & servent praecepta. Idem videtur de Salutatione Argelica, ob consuetudinem Ecclesiae curantis & exigentis, ut dicitur, & usum omnium fidelium, contra quem qui illam ad discere negligunt, ab omnibus merito reprehenderentur.

Porro haec omnia tenentur pueri addicere pro suo capiti, cum primum usum rationis affectu fuerint. Quia tunc debent vitam suam ad finem ultimum dirigere, elidere abusu Fidei, Spei, & Caritatis, servare mandata &c. Unde tenentur parentes ex tunc ipsos docere vel per se, vel per alios.

Hinc decet mortaliter, 1. Omnes qui ista, culpabiliter ignorant, vel discere negligunt. 2. Parentes, domini, & superiores, qui non curant ut liberi & subditi haec omnia calleant. 3. Parochi, qui oves suas in his diligenter non erudunt &c.

Nota. Parochi, confessori, concionatores tenentur eam scientiam rerum Fidei & praeceptorum habere, ut & aliis explicare, & difficultates saltem communes intelligere ac diluere possint; alioquin non possunt alios recte instruere; quod in Malach. 2. Labia enim Sacerdotum custodiant scientiam, & Legem revent: ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est. Episcopi vero longe ampliore & perfectiore cognitionem habere debent, cum ex officio teneantur Fidem explicare, tuere, & fallacias haereticorum dissolvere, ex c. 1. ad Tit. 1. & ad Tit. 2. Operis Episcopum esse Doctorem.

Tit. 2.

Quamquam ea, quae sunt ab Auctore explicata, satis indicare videntur, quae sit Missionarii obligatio in eis circa fidem instruendum, qui sunt ejus cura concessiti: tamen tum ob laxas, quae haec de re circumferuntur opiniones, tum ut ea exponamus, quae Apostolica Sedes Missionariis inculcat, pauca addere necessarium putamus. Primo itaque movemus, graviter peccare Missionarios, si non curent, ut ii, quos erudiendos suscipiunt, ac sciunt, quae ex Ecclesiae praecepto, & consuetudine vin legis habent Fidei illi quae scire tenentur: idque, contra Veritatem, qui sit de Fide q. 6. sect. 10. asserit Missionarios maneri suo satisfacere, si Mengrellenses Fideles instruant in Myseriis Trinitatis, & Incarnationis. Nam si Parochi, qui eam animarum penam orthodoxos exercent, graviter peccant, si solliciti non sint, ut eorum curae concrediti fideles ea sciunt, quae Ecclesia non scit tantum, sed etiam quoad fieri possit, memoria mandari praecepit; multo magis peccabunt Missionarii, si in his Orientales non instruant; quippe ii majorem instructionem exigunt; tum ob maximum, in qua gens illa versatur, ignorantiam; tum ob periculum, quod his immensae perditionis est Infidelibus, Schismaticisque, inter quos vivunt; tum denique, quod experientia eodè fidei parum instructos facile a Christiana, vel orthodoxa fide deficiere. Immo Missionarii monent tenentur Fideles de obligatione, quam habent haec omnia sciendi. Concilium Moguntinum tempore Caroli Magni celebratum c. 40. haec praecipit. Symbolum, quod est signaculum fidei, & Orationem Dominicam discere semper admovent Sacerdotes Populum Christianum, volumusque ut condignam disciplinam habeant, qui haec discere negligunt. Et Foronjullense Concilium eodem ferme tempore coactum, postquam dixit, haec Christianos omnes memoriter scire oportere, subdit, quia sine hac benedictione nullus poterit in Galorum Regno percipere portionem. Atque, ut alia praeterea, san. mem. Benedicti XIV. Constituit. incipiente: Ep. minime, tom. 1. Bull. pag. 110. Corabit, inquit, Episcopus ut Sacerdos exipiens Catecheses fixum illud immutatumque semper animo habeat, inviolabile esse absoluteque Sacramentalium, quam qui ignorans res necessarias necessitate mendit imperitiam, nec posse homines Deo per hujusmodi Sacramentalium negligere, nisi prius excessu hujus ignorantiae callide ad agnoscendum fidei educatur. Sedulo etiam animadvertet Confessorius, in aliis temporibus rejectandam esse abstinentiam illius, & eo quoadque causa Pontificis absque posse, quae vincibilis bulis ignorantiam eorum agnoscat, & accuset: ac intine dolens, tum a Deo veniam praecetur, tum Confessoria serva promittat, operam se impense daturum, qua, disingratie praesidio, discat etiam necessaria necessitate praecipi.

Secundo a gravi culpa excusari nequeunt, si eos, qui ex haereti, & schismate ad orthodoxam fidem venire velint, vel illos, ex. gr. qui ex Nestorianis, Eutichianis, Semiteuchianis, sive Jacobitis, aut Graecis Schismaticis trahentes originem orthodoxam fidem jam susceperunt, eamque inter gentes hujusmodi erroribus infectas profitentur, non doceant errores, quos habent contra fidem & mores. Non solum enim curare debent, ut ii sciunt, quae necessitate scire debent necessitate medi, & necessitate

prae-

praecepti, ut supra est demonstratum; sed praeterea ut exeat omnino erroris, & ita sint instructi, ut eos praecave valeant, ne immaculatam Christi Ecclesiam & orthodoxam fidem pravus opinionibus, & erroribus deturant. Ideo enim Apostolica Sedes ad Infidelium, Haereticorumque regiones Missionarios mittit, ut ex errorum tenebris, in quibus versantur, ad veritatem lucem, & a via perditionis, quae salutis viam gentes ille recedunt. At, qui ratione errorum tenebris deppellent, si errores ignorent? Quo modo fide, quae lux illa est, quae illuminat omnem hominem, illustrabuntur, si errores in eis maneat, quibus obscuratur? Qui denique fieri poterit, ut per reftam viam ad aeternam salutem dirigantur, si non norint, quae Deus per Ecclesiam suam credenda, & agenda proponit, & etiam quae Ecclesia praecipit, ut facilius aeternam vitam consequantur? Itaque graviter peccant Missionarii, si non instruant circa errores, quos hujusmodi gens habeat contra dogmata fidei, contra naturam, & divinae legis praecepta, contra Ecclesiae praecepta, quibus fideles omnes additurum, ac circa sacros Ecclesiae ritus; & si non moneant, abstinendum omnino esse a communicatione in divinis cum Haereticis, & Schismaticis, atque ab aliis adibus, qui perverfionis occasio esse possunt. Atque hinc patet, quam a sana doctrina in didona Veritell opinio, quom sect. 4. citate non ex. ponit; ubi Missionarios monent non opus esse, ut Mengrellenses, qui rudes sunt, instruantur circa professionem Spiritus Sancti, quia Articulus captus diffinientem Spiritum Sanctum, quae Mengrellenses nonnulli putant, infideles nec privatum, nec universale in fide mundi subfutures esse divinum iudicium, quia jam iudicati sunt, quia hujusmodi error pernes omnes vulgatus non est. Nam si Missionarii tenentur procurare, ut fideles memoria teneant, saltem substantiam eorum, quae symbolo continentur; tenentur etiam monere fideles, ut ab erroribus caveant; qui in locis, ubi ipsi degunt, vigant contra symboli articulos; ad error circa infidelium iudicium opponitur articulo, quo profiterentur Christum Dominum venturum esse ad iudicandum vivos, & mortuos, quae ratione ab Ecclesia declaratur: error autem, quod Mengrellenses, cum Graecis Schismaticis censent Spiritum Sanctum, ex Patre Filioque nequam procedere, fidei orthodoxae contrarius est, ac Catholicae Ecclesiae declarationi, quae particulam Filioque Niceno Symbolo adiecit. Sed ait, hunc articulum esse captu difficilem. Non est autem difficultior Myfterio Trinitatis, & Incarnationis, in quibus Mengrellenses insitendos esse non negat. Praeterea, quamquam articulus difficultis est, tamen non adeo difficile est intelligere errorem esse ab Ecclesia damnatum, negare Spiritum Sanctum etiam ex Filio procedere.

Tertio quoad infideles, qui Christianam Religionem amplecti velint, tenentur Missionarii curare, ut ii antiquum sacro baptisinate insitunt, ita sint instructi, ut gentilitios mores omnino exuerint, & ea, quae Christianis scitu sunt necessaria, appetant. Not. Et etiam praeceptum est ab Alexandro VII. Const. incipiens. Suroplanta, & a Benedicto XIV. incolumitatum sub gravissimis poenis, in ea quae incipit. In omnium sollicitudinem tom. 1. Bull. pag. 307. le. quibus verbis: Ne ob instructionis defectum, qui sacro baptisinate insitunt, immaculatam Christi

legem, profanis, ac gentilitiis institutis ex ignorantia sedent, ac idololatram quam orthodoxa fide confutandam, ut sepe mihi evenire nuntiatum est; caveant ii, qui istem instruendos incubunt, ne in posterum ullus ad baptisina admittatur, qui gentilitios mores profus non exuerit, & in fide non sit sufficienter instructus.

Atque hinc patet, non licere Missionariis differre post baptismum passionis Christi quocumque ex preterito. Sed ut praesentia sciunt, quibus obnoxii sunt si id negligant, decernit Summe Inquisitionis, an. 1745. typis demandatum, afferens: Proposuit fuit a Sineusis Missionariis dubium, quod sequitur.

Nam tenentur Praedicatori Evangelii praedicare in Regno Sinarum Christum Crucifixum, & ostendere eius Sanctissimum Imaginem maxime in Ecclesiis nostris. Causa hujus dubitationis est, quia scandalum gentiles ex tali predicatione, & iudicant maximam esse solutam.

Resolutum fuit. Nulla causa, aut pretextu differendum esse doctrinam passionis Christi post baptismum, sed omnino praesentiam, ad actualium vero predicationem Christi Crucifixi, licet non teneantur Ministri Evangelii in singulari concubitus, sed ad proponendum verbum Dei, ac divina mysteria prudenter, & opportune, & illa pro Catechumenorum capta explicanda; non tamen sermonibus passionis Domini abstinere tenentur ea ratione, quod gentes inde scandalum sumant, & solutam putent. Item Conveniens esse, ut in Ecclesiis imaginem habeantur Christi Crucifixi, & ideo curandum esse, ut quoad opportuno fieri potest exponantur. Hanc resolutionem Decreto loco approbavit Sac. Congreg. de Propaganda Fide, atque eadem Sac. Congreg. implicate Innocentius X. servari praecipit sub poena excommunicationis lae sententiae, sibi & Apostolicae Sedis specialiter reservatae.

Quest. IV. Quandoquid praeceptum Fidei interme obligat?

Nota. Praeceptum aliud est affirmativum, aliud negativum. Affirmativum est, quod aliquem actum positivum praecipit primario servatione fieri, obligatque semper, sed non pro omni tempore: Praecepta affirmativa inquit S. Th. 2. 2. q. 3. art. 2. non obligant ad semper, etiam semper obligant. Obligant autem pro loco & tempore secundum alias circumstantias debitas. Praeceptum negativum est illud, quod vetat aliquem actum, obligatque semper & pro omni tempore. In quolibet autem praecepto affirmativo divino, quod praecipitur actus virtutis, includitur praeceptum negativum, quod prohibetur peccatum oppositum: nam ex affirmatione alicujus recte inferatur negatio contrarii illius.

Resp. 1. Duplex est Fidei divinae praeceptum, aliud affirmativum, quod nos obligat ad credendum certo tempore explicitè certas veritates revelatas; implicite vero ceteras omnes, & ad addidendas res Fidei. Aliud negativum, quod obligat ad nunquam dissentendum ulli rei a Deo revelatae, nec de illa dubitandum. Nam dissentire ulli veritati vel minimae sufficienter propositae ut Deo revelatae, aut de illa delibere dubitare, est gravissima injuria in Deum, quia in aliqua re falli aut fallere possit, & ejus testimonium non fit in omnibus etiam minimis infallibile.

Resp.

Resp. 2. Præceptum Fidei obligat per se ad adieciendum actum Fidei, i. Initio usus rationis, ubi res credende sufficienter propozita sunt ut a Deo revelata: tunc enim assensus omitti aut suspendi nequit sine iniuria gravi auctoritatis divine: hoc ipso enim quod Deus revelavit aliqua ut a nobis credatur, & talis revelatio nobis sufficienter propozita est, ita ut cum prudenter negare, aut de ea dubitare nequeamus; reverentia debita divine veritati, quam cultu intellectuali supremo colere debemus, exigit, ut xbus revelatis summum assensum statim præbeamus, quem tunc sine gravi irreverentia negare, vel omittere non possumus. Præterea tenetur adulti ubi primum possunt, debitum mentis obsequium Deo præstare, atque se & omnia sua in Deum ut finem ultimum dirigere: ad quod necessaria est fides actualis. Idem dicit de infidelibus adultis, ubi primum Fides Catholica sufficienter eis propozita est.

3. In quolibet probabili mortis periculo. Quia tunc maxime urget obligatio tendendi in Deum, eumque colendi per actus præcipuos virtutum; Deus autem, (ut docet S. August. Enchir. c. 3.) Fide, Sp., & Caritate maxime colitur. Præterea iustus sicut vivere, sic mori debet ex Fide.

4. Sepe in vita. Nam præceptum tam gravi momenti non pro aliquibus vicibus solum sed pro plurimis a Deo sanctum est: cum adibus Fidei Deum maxime colatur, & vita iusti per illos alatur ac conservetur, iuxta illud ad Gal. 2. *Justus ex Fide vivit.* Hinc Innocent. XI. damnavit has propositiones. 17. *Satis est actum Fidei semel in vita elicit.* 65. *Sufficit ipsa mysteria (Trinitatis & Incarnationis) semel credidisse.*

5. Cum gravis tentatio contra Fidem ingruit, que superari non posse videtur, nisi per contrarium actum Fidei. Nam cum hoc præceptum Fidei prohibeat omnem dissentium ac dubitationem circa veritates revelatas, præcipit etiam media necessaria ad hæc vitanda.

6. Quando facienda est Professio Fidei exterior: nam sine actu interno non esset vera professio Fidei: sed illius simulario.

7. Quoties quis in hæresim vel dubitationem voluntariam lapsus est. Quia actus Fidei explicitus ac formalis, necessarius est ad justificationem in adultorum, qui Fidei haberi caret; & quia iniuria primæ veritati illata resarcenda est.

Obligat autem per accidens, seu ratione alterius præcepti, ad quod servandum necessarius est actus Fidei. 1. Quando urget gravis tentatio contra aliquam virtutem, que sine actu Fidei vinci posse non videtur: nam quilibet tenetur assumere medium necessarium ad vitandum peccatum. 2. Quoties ex præcepto elicendus est actus aliarum virtutum, puta spei, caritatis, religionis, penitentie &c. Nam actus virtutum supernaturalis necessario presupponunt actum Fidei saltem implicitum, seu perceptibilem. 3. Actus Fidei requiritur ad justificationem peccatoris adulti.

ACTUS FIDEI.

Dominus Deus omnipotens & incomprehensibilis Firmissime credo te esse verum Deum. Unum in essentia naturæ, & Trinum in Persona, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, verum om-

nium Factorem, supremum Dominum ac Regem, & suum ultimum, super omnia colendum, & amandum; qui beatitudinem æternam ac perfectam Fideles iustus numerat, malos vero æternis multas supplicis. Credo secundam Personam, nempe Filium, factum esse hominem ex Maria semper Virgine, hunc Deum hominem pro salute nostra passum & mortuum esse, deinde tercia die resurrexisse, & postea celum conscendisse, unde descendat omnes homines iudicaturus secundum cuiusque opera. Neminem nisi per eius merita salvari, nec ullum donum salutaræ accipere posse, & peccatores non nisi per eius gratiam, ac merita gratis justificari. Denique, mi Deus, credo generatim quemcumque revelasti ac promissisti, & quemcumque credit Ecclesia Catholica, Apostolica, & Romana, que sola vera est Ecclesia tua, & in qua sola salus obtineri potest. Hæc omnia firmissime credo, quia tu ea revelasti, qui cum sis infinita sapientia, & summa bonitas, & sanctitas, nec falli, nec fallere poteris.

CAPUT II.

De actu externo, seu Confessione Fidei.

Quest. I. An extas præceptum confitendi externam fidem suo tempore?

Resp. Affirm. Constat. 1. ex Rom. 10. *Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.* Et ex Luc. 9. iuxta citand. 2. Ex SS. Patribus: Pro omnibus fit S. August. lib. de Fide & Symbol. cap. 1. *Fides officium a nobis exigit & cordis & lingue.* 3. Ex perpetuo usu ac sensu Ecclesie. Et vero honor auctoritatis Dei revelantis debitus exigit, ut non solum assensu fidei, sed etiam professione externa ei adhareamus, & nos subiciamus.

Hoc præceptum, quatenus est negativum, profertur pro quolibet tempore negotiationem fidei etiam mere externam; & quatenus affirmativum, præcipit confessionem externam pro certo tempore.

Quest. II. Quandoenam obligat præceptum fidem externam confitendi?

Resp. Ex communi sententia obligat etiam cum vite damno, quoties per eius omissionem subtraheretur honor Deo debitus, vel utilitas proximo impendenda; ut cum prudenter speraretur ex confessione Fidei conversio infidelium, vel confirmatio fidelium infirmorum, qui alias vacillarent, aut Fidem negaturi essent; aut quando ex tacturnitate loqueretur contemptus religionis, vel scandalum, vel confirmatio in errore, per-versio aliquorum; aut minueretur apud infideles estimatio de Deo vel religione Christiana; aut omisso confessionis confiteretur implicita Fidei negatio, ha S. Th. 2. 2. q. 3. ar. 2. *Confiteri, inquit, fidem non semper, neque in quolibet loco est de necessitate salutis, sed in aliquo loco & tempore quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam utilitas proximo impendenda: puta, si aliquis interrogatus de fide recuset, & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod Fides non esset vera, vel alii per eius tacturnitatem removeretur a Fide; in huiusmodi enim casibus confessio Fidei est de necessitate salutis.* Et ad 2. In casu necessitatis, ubi Fides periclitatur, quilibet tenetur

Et

fidem suam alii propagare, vel ad instructionem aliorum fidelium, seu confirmationem: vel ad reprimendam infidelium insulationem.

Prob. 1. ex Luc. 9. *Qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua.* At tunc non confiteri clare & aperte Fidem, cum adest tam gravis causa eam exterius confitendi, est Christum & eius doctrinam erubescere. 2. Quia actus cuiuslibet virtutis five interius, five exterius, præceptus est, cum necessarius est ad finem præcepti, qui est caritas, iuxta illud 1. ad Tim. 1. *Finis præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & sine non ficta.* At in prædictis casibus professio Fidei necessaria est ad caritatem Dei & proximi. Ergo.

Dixi, clare, & aperte: nam qui utitur verbis ambiguis, quæ ab interrogante accipiuntur pro negatione, erubescit sane professionem doctrinæ christianæ, ut notat Suarez & Delugo.

Quique etiam tenetur impedire, si potest, peccata contra fidem & religionem. Nam quilibet virtus obligat ad impedienda, que illi adversantur; alioquin Deus afficeretur iniuria. Quare si videas Dico nomen blasphemari, vel dogmata fidei impugnari, honorem Dei ledi, vel religionem contemni, facras virgines vel templa profanari &c. hæc impedire, si possis, teneris etiam cum periculo vite, nam tunc Deo honor debitus, & sacrorum reverentia, & caritas in Deum id exigunt. Secus si prudenter iudices oppositionem tuam magis obfuturam, quam profuturam.

Item tenetur veritates præcticas non minus quam speculativas a Christo traditas, factæ & dictæ profiteri, & tueri non solum coram infidelibus, sed etiam coram mundanis hominibus, quando honor Christi, vel edificatio proximi id exigunt, nam generaliter Christus dixit: *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet.*

Quest. III. An licet aliquando fidem externam tantum negare ad vitandum mortem & dira supplicia?

Resp. Nunquam licet. Prob. 1. Ex Matth. 10. *Qui negavit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.* 2. Ex perpetua traditione, & praxi Ecclesie, que h. ut gravissimum crimen semper habuit, & hereticitas ut hæreticos damnavit, quod dicitur id licere, modo fides in corde retineatur; & gravissimis penis multabatur eos, qui in persecutionibus fidem Christi negabant tantum exterius, ad mortem ædificandum vitandum. 3. Illa negatio exterior est mendacium periculosum in re gravissima, & gravem injuriam Deo inferit, exterius protestando eum non esse summe veracem. Item dedecus est Domini, quod servus dedignetur eum agnoscere ut Dominum, & eo ipso negat eum cultum debitum.

Hinc Catholicus a quovis interrogatus de sua religione, peccat graviter contra fidem, negando se esse Christianum, vel Catholicum; quia negaret se veram Christi fidem tenere. 2. Respondendo se esse Turcam vel Judæum, aut Gentilem: quia hoc ipso negaret se esse Christianum. 3. Dicendo non esse Papistam, vel se esse Calvinistam, Lutheranum &c. Quia hoc ipso negaret se esse Catholicum, quod est veram Christi fidem negare. At Sacerdos vel Religiosus, rogatus ut sit Sacerdos vel Religiosus,

peccat quidem negando se esse, quia moneatur; non tamen negare fidem, quia non negaret se esse Catholicum, cum multi Laici Sæculares sint Catholicici.

Quest. IV. An licet aliquando falsam Religionem simulare verbis aut factis?

Resp. Nunquam licet, nec proinde exercere actiones, quæ ex se, vel ex lege, vel ex communi usu sunt professio exterior: falsæ religionis; ut genuflexio, vel sacrificatio coram idolo, oratio ad Mahometem &c. quævis fiat simulata, & ad vitandum ditam mortem. Negare, ut Ex perpetuo sensu & tit. Ecclesie, que semper abhorruit a ritibus externis infidelium, & que tamen graviter punivit eos, qui simulato scilicet adoratione, vel libellam Magistratus infideli accipiebant, quo significaretur, quævis falso, ipso satisfactis edicto sacrificandi idolis. 2. Quia sicut eodem præcepto affirmativo fidei præcipitur veræ Fidei internus assensus, & externa confessio; sic eodem præcepto negativo prohibetur falsæ Fidei internus assensus, & externa professio, quæ intrinsece mala est, utpote mendacium falsi perniciosum in re maximi momenti. 3. Quia simulata exerceret actionem, quæ est professio falsæ religionis, hæc exercere factio proficitur, & factio ostendit se esse falsæ religionis sectatorem, v.g. Idololatram, Mahometanum, Judæum, vel Hæreticum, ac prout de facto & opere exterius negat se esse Christianum vel Catholicum, quod semper est intrinsece malum, & Deo graviter iniuriosum.

Ceterum neque Regi, lib. 4. Regum c. 10. laudatur, quod simulaverit se velle sacrificare Baal, sed ipsum quod domum Achab delivisset, & cultum Baal destruxisset. Neque Elihu permittit Naaman adorare Idolum per simulationem, sed solum incurvare se, ut Rex illi innoteretur, dum coram idolo genuflecteret, quia Naaman hoc obsequium civile tenebatur præstare Regi, qui solebat sive in foro, sive in templo inibi humero alterius, & quem de more sustinere non poterat Naaman, si Rege genuflectente ipse rectus staret, ideoque debebat se inclinare, ut Regem sustineret: quod erat obsequium mere civile erga Regem; & aliis astantibus factis notum erat, Naaman genuflectere obsequium civis causa. Unde Elihuus folum permittit Naaman exercituum officii civis suo Regi obsequium etiam cum hic via idola adoraret.

Hinc nunquam licet 1. Conari hæreticam sumere, aut cum hæreticis in propriis ibidem cæremoniis vel precibus communicare, v.g. simul cum his palam canere &c. quia id faciens confiteretur cum illis communicare in falsa religione, & illam factio profiteri, & sic veram fidem virtualiter exterius negare.

2. Interesse concionibus vel conventibus hæreticorum, non solum cum adest periculum subreptionis, vel scandali; sed etiam quodies id confiteretur eam fide defectio, aut simulatio defectiois. Item nec licet obedire Principi ecclisio, quo præcipitur subditis suis audire conciones hæreticorum, etiam si verbis protestarentur se nolle cogere quemquam ad religionem mutandam. Quia talis edicti observatio per se apta est ad Catholicos paulatim pervertendos, & ad conciliandum auctoritatem hæreticæ, ac vilipensionem fidei Catholice; immo est honorario exteriori falsæ doctrinæ, que sic magno concursu auditur. Idem

Idem Paulus V. Anglis bis rescripsit hoc non licere. Non peccat tamen, qui extra has circumstantias, & scandali, ac persequendi periculum, ob aliquam causam iustam templa hareticorum ingreditur, ibique eorum conciones audit, non ut cum illis communit, sed ut observet quid ibi agatur, vel praedicetur. Sed ut notat Sanchez, mora curiositas non sufficit, ut licite quis ejusmodi conciones audiat, sed requiritur aliqua causa gravis.

3. Serio uti vestibus vel aliis signis, quae solum adhibentur ad professionem vel exercitium falsae religionis: nam qui uteretur, falsam religionem hoc ipso profiteretur, & ita factio veram fidem negaret. Secus de vestibus & signis, quae distinguunt nationem ab alia.

De signis autem & vestibus, quae distinguunt infideles a fidelibus, qualis est tabalia propria Turcarum, vel Romae pileus Judaeorum, controversatur. Toletus & alii multi negant unquam licere iis uti, quia illorum gestatio est professio exterior a infidelitatis. Certe nemo negare potest iis vestitibus uti non licere, si nulla adest causa fidem occultandi: nam tunc merito censuris negasse fidem, aut velle illius desertorem videri, quod est intrinsece malum; tunc enim censuris ea uti ad te distinguendum a fidelibus.

Quaest. V. An licet aliquando fidem veram occultare?

Resp. 1. Non licet, quoties preceptum confitendi exteriori fidei obligat, & urget. Patet: nam violaretur.

Resp. 2. Si quis a potestate publica, puta a principe, iudice, magistratu, vel tyranno interrogetur etiam privatus, teneatur clare & aperte confiteri fidem, etiam cum certo vitae periculo. *Prob. Quia 1. Innocentius XI. damnavit hanc propositionem: Si a potestate publica quis interrogetur, fidem integre confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consilium facere, ut peccaminosum per se non damno. 2. Alioqui Christum & ejus doctrinam erubesceret. 3. Quia a potestate publica est iniuste interrogatus de Religione, profiteretur se esse Catholicum, significat se magis fidei Fidem catholicam, & pro ea quodlibet periculum subire paratum esse: quod sane Fidei & Deo ejus auctori valde honorificum est. E contra si dissimulet Fidem, indicat se parvi facere Fidem catholicam, & sic Fidei catholicae dedecus inferret. 4. Silemum in hac circumstantia per se & regulariter censetur signum, vel negare Fidei, vel erubescere, vel timoris pena, quo quam silens non vult fidem confiteri, aut saltem dat grave scandalum.*

Quod si a persona privata quis interrogetur publice, teneatur etiam confiteri Fidem, quia aliqui subtraheretur magnus honor Deo ac religioni. debitus; vel daretur scandalum proximo. Ita Suarez.

Multi docent eam, qui privatim a privato interrogatur, posse tacere, ad interrogationem eludere, dicendo, v. g. Quid ad te? Quid me interrogas? modo inde nullum sequatur detrimentum honoris Deo debiti, aut scandalum proximo, spectatis circumstantiis: Sed hoc alii negant, quia censetur re-

pugnare precepto absoluti confitendi Fidem. Porro aliquando silentium ex circumstantiis in ordine ad scandalum vel ad dedecus religionis aequivalere negationi vel erubescere, ut si te tacente, alius respondeat te Fidem negare, qui tamen ob verecundiam vel metum non contradicas. *Delugo.*

Resp. 3. Licet Christiano fugere, vel se occultare tempore persecutionis, si ex ejus fuga nullum Fidei detrimentum in aliis, vel scandalum oritur. *Prob. 1. ex Matt. 10. Cum persequerentur vos in civitate ista, fugite in aliam. 2. Ex Apostolorum & S. Athanasii ac aliorum Sanctorum exemplo. 3. Quia preceptum confitendi Fidem, utpote affirmativum, non obligat pro omni tempore, sed tantum ubi honor Dei, vel utilitas proximi id exigit. 4. Fugiens extra necessitatem (*) divini honoris vel utilitatis proximi: Fidem non negat, immo quodam modo profiteretur; non enim fugeret, si Fidem non retinet.*

Hae tamen fuga illicita est ei, cujus praesentia necessaria est ad confirmandos alios in Fide: nam talis ex caritate, vel etiam ex officio, si sit Pastor, teneatur ad manendum etiam cum periculo vitae. Item Pastori non licet fugere, cum oves ejus opera egerit, quia teneatur ex officio eis providere, ex Joan. 10. *Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Secus, si suis subditis vel communi bono utilis sit, ut ad tempus se subducatur, & in eorum bonum se reservet, providendo eis necessaria vel per se occidit, vel per alium: nam tunc caritas fugam postulat.

Nota. Secula necessitate vel utilitate Fidei & proximi, confessio Fidei publica est illicita in his casibus. 1. Si quis temere se exponat periculo suppliciorum, quae forte tolerare non poterit: quia tunc imprudenter se exponit periculo negandae Fidei. 2. Si per eam detur infidelibus occasio peccandi, fidemque persequendi; nam per illam impeditur majus bonum, immo insertur magnum periculum, ac damnum proximo & religioni. Unde illic Matt. 7. *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte concitent eas pedibus suis, & converterit dirimant vos.* Ita S. Th. 2. 2. q. 3. adlens: *Sed si utilitas fidei aliqua spectetur, aut necessitas adit, contempta perurbatione infidelium, debet homo publice Fidem confiteri.*

§ A P P E N D I X.

Ad usum Missionariorum.

Hactenus ab Auctore exposita satis perspicue ac solide demonstrantur, Christianum hominem ita paratum esse debere ad fidem teneandam, & eam, dum debitus Deo honor ac proximi utilitas exigit, palam quoque professandam, ut persecutions, carceres, cruciatus, mortemque potius debeat subire, quam eam verbis vel factis, explicitis vel implicitis negando, Deum debito per fidei confessionem honorare privare, atque contemnere. Quo autem facilius dubia solvi, & explicari queant, quae orthodoxe Re-



DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

Religionis militis in infidelium partibus solent passim occurrere circa particularia facta ac casus nonnullos, quibus vel factis, vel implicite catholica fides violari videtur, hanc hanc instructionem addendam esse exilimavimus, quam partim ex decretis depraesumptis, quae hac super re ex summa Inquisitione, pro solvendis propositis a Missionariis dubiis, prodire, partim ex Pontificis Constitutionibus, quibus abusus damnantur, qui in nonnullis Infidelium, Hareticorumque Regionibus, contra divina fidei puritatem, in Christianam Religionem irreferant.

Primo itaque fidem factio suo negare dicitur, qui ea faciat, quae ad falsi numinis, haereticumque hominis obsequium, & cultum referantur. Is enim factio suo falsam Religionem profiteretur. Atque haec ob rem sup. Inq. decretis an. 1626. & an. 1669. definitum est, nullo modo licere Christianis, nec alia causa, aut motivo posse permittere, aut tolerari, ut operam suam navent edificandis, infrastructis, vendendisque Templis, falsis Numinibus vel Auctoribus falsarum sectarum dicatis; aut eorumdem purandis parietibus & pavimentis, mundandis altariis, aperendis, claudendisque foribus. Atque hinc sequitur, rei de se male operam dare, ac falso negare fidem, qui idola, quae infideles colant, contrantur, vel falsi Numinis imagines pingant; quippe falsis Numinibus famularum gerant, itaque, si non per se, per alios saltem obsequium, cultumque exhibent.

Secundo, factio fidem negant, qui ea faciunt, quae itum falsum, sacrilegumque cultum comprobent, raturaque habeant. Id enim est fidem orthodoxam, quae hoc damnat, contemnere, falsamque Religionem operi profiteri. Ratum vero habent ritum falsumque cultum, qui in Schismaticorum, Hareticorum, Infideliumque Templis, organa, vel alia instrumenta pulsent, metros canant, aut concionibus componant, vel artem musicam alio modo exercent. Hinc Concl. quae incipit: *Omnium sollicitudinum*, quae Praeceptorum Decreta confirmantur circa ritus Madurenses &c. SS. D. N. Bened. XIV. approbat, & mandat observari Decretum Cardinalis Theuron, quo prohibetur, ne ipsorum Christianissimos audeant nec in Pagodis, nec extra, rari occasione sacrificiorum, tum quantumcumque solemnitate superstitioso cultu imbutarum, sonare, aut canere, sub pena excommunicationis lata sententiae: cum nullo modo liceat Christi famulis Bellia inferuire. Ideoque, subdit, Missionarii non solum eos monere tenebuntur de praedicta prohibitione, verum etiam illam omnino executioni demandare, & contrascentes ab Ecclesia expellere, donec ex corde resipiscant, & publicis penitentis signis pariter scandalum emendaverint. Hoc modo fidem negant etiam illi, qui in Infidelium, & Hareticorum scholis falsis eorumdem ritus, & prolana a Catholica Fide aliena dogmata doceant, ex Decret. Supr. Inq. 2. Maii 1721. Nam dum docent, factio suo approbant, falsamque profitentur Religionem.

Tertio, qui factio aliquo Orthodoxam Religionem in odium Fidei contemnat, ut, qui imperat te Infidele Principe in Catholica Fidei contemptum, Sacros Ritus spernat, carnes, quo prohibentur tempore, comedat, immolatis utatur, Christianorum Tempia evertat, ex equo descendat dum an-

te fores tranfit Templi idolorum ex Decr. Suprem. Inq. 1672. Is & Fidei professionem omittit, quam vidente illo Principis palam, quod vim interrogationis habet, praefacere debet; & Fidem ipsam exteriori contempna negat.

Quarto, qui vellem indignus, quae ex instituto hominum ulla recepto, & approbato, falsae Sectae Professorum, sive falsae Religionis Ministrum designet, ut licetam vellem taliam, quae Mahumetanae Sacerdotibus est propria, vel falsam quamdam, quae apud Indos idolorum Sacerdotes utuntur. Is enim hoc modo falsae sectae professorem sese ostendit, ac virtualiter falsam fidem negat. Decr. Suprem. Inq. 8. Julii 1620.

Quinto, qui nomina Turcica, quorum nec memores esse debent, per labia sua assumunt; abominanda infidelium templa, quae Masceba vocant, frequentant; Ecclesiasticorum personam esse carnam esse profanant, & haec cogit, ut habitum tam edentur, opera faciunt, quae mendacium in se gravissimum continent, & virtutem fidei negationem maxime cum Dei injuria, proximoque scandalum, includunt: quemadmodum legitur Concl. quae incipit. *Inter omnia* tom. 1. Bull. pag. 32. in qua S. M. Bened. XIV. abusus damnat nonnullos Fidei puritatis contrarios, qui in Regno Serviae, finitimisque regionibus, in Christianam Religionem irreperant; atque decernit, eos, qui obtinere in huiusmodi via impiorum pegere velint, incapaces esse Sacramentorum in vita, & si impetientes accesserint, suffragiorum post mortem, ad quae nullus Ecclesiae Minister illos admittere praesumat; alioquin a proprio Episcopo Canonice poenitentia pendendum erit. Sexto, qui ritus usumque falsae Religionis protestativos, huiusmodi uia errores contra Christianam Fidem, quos indicant, sese approbare demonstrant, ac falsae Sectae professores exteriori manifestantur. Hinc, in cit. Concl. *Inter omnia*: circumfessionis usus, in Mahumetorum more, damnatur: Concl. *Omnium sollicitudinum*, de qua supra, Mulieribus, in Regno Madurensi, & ei finitimis Regionibus, prohibetur desere colla apponit in signum contracti Matrimonii Taly, quod praesertim imaginem licet infonem Palliaris, seu Palliaris Idoli maxime habebit, ceteros esse vacce haretice consilio, & impium Gentilium Penitentiam a Ruten inspectam reddentes, benedicere, eosque fronti Sacri Christum delimita impingere, sive quocumque alia signa alibi, vel rubet coloris, quibus Indis superstitiosissimi, vel infonem, vel in pestem, aut in alia quavis corporis parte utuntur, desere. Et Concl. tom. 1. pag. 188. damnatur ceremonie, ritus, & oblationes, quae sunt cum sensu mensibus innovabilibus, & plenilunio, tum a literatis & Magistratibus dum in gradus sive dignitatis possessionem adeunt, vel post adeptam. Item oblationes, quae sunt in Templis, seu aedibus, Praegentibus dicatis, & ritus oblationisque coram Praegentibus T abellis in privatis domibus, sive eorum sepulchris, una cum Gentilibus, & etiam scorpion ab illis: ac prohibetur, domi retinere Praegentium T abellas cum inscriptione, qua T bronus, sive sedes spirituum designatur. Quod spectat ad ritus impunitissimos, vide appendicem ad caput de superstitionibus.

(*) Necessitatem, quae occurrere paratus animo sit non fugere etc.

Nota. Si ritus indifferentes occurrant, tutius est, ut Catholicis quoad fieri possit ab illis abstineant, ne cultu peregrino, & Ecclesie Catholicæ ignoto verum Deum venerentur. Et Ecclesie Catholicæ ignoto verum Deum venerentur. Nunquam vero licet, *Gentilium ritus adoptare, eosque in Christianos usus convertere, inconsulta Apostolica Sede, ut* Constit. de rebus antiquis. *Constitutio Apostolica Sede, ut* Constit. de rebus antiquis.

Implicite contra Orthodoxæ Fidei Confessionem peccat, qui dum debitus Deo honor ille postulat, libere Orthodoxam Fidem non profiteretur, sed tacet, atque silentio suo alios in suspensionem ducit, & vel fidem neque, vel eam profiteri erubescit. In Deum enim injustus est, qui veritatem ab ipso revelatam libere confiteri erubescit. Primum itaque peccat, qui interrogatus a publica potestate de sua Religione tacet. 1. Si interrogatio fit in odium Religionis; si enim ob politicas causas rationes fieret, ut pecunia v. g. a Catholicis extorqueretur, debitus Deo honor ex confessionis silentio non subtraheretur. 2. Si silentium attentis circumstantiis, non appareat omnibus implicita Orthodoxæ Fidei confessio.

Secundo peccat etiam, qui interrogatus a privata persona, fidem palam non fateatur in iis circumstantiis, in quibus Confessionis omissione Deum injuria afficeretur, & proximus pateretur scandalum (hæc enim duo semper vitare tenemur). Ut si interrogatus propicietur ex suo silentio fluctuans in Fide Catholicæ audientes; vel infideles Christianos derisorios, quod Fidem Christianam palam confiteri erubesceret.

Tertio. Quamquam persecutio in odium Fidei adversus orthodoxos excitata in Deum injuriosa est, & interrogatio, que ad Fidem confutandam cogit, involvit; tamen ut epime Anctor demonstravit, qui eam fuga declinare studeat, non modo non negat, sed ipso facto fidem quodammodo fatetur. Fuga enim non modo licita, sed quandoque etiam necessaria est. 1. Quoties fidelis timor, prævidentem periculum succumbendi tormentorum atrocitatis, sedemque negandi. Nam qui iustus periculis confusus Tyranni favitiam non devitaret, Deum tentaret, qui sicut non deficit in necessariis, ita non abundat in superfluis. 2. Quando persona necessaria, ac maxime utilis fit communi Ecclesie bono, ut Augustinus tract. 46. in Joannem exemplo demonstrat Apostoli Pauli, qui ob Ecclesie utilitatem se furori Præpositi Damasci subdidit. 3. Declinandum martyrium est, dum prævidetur nemini profuturum, sed Tyrannum magis irritandum fore, & crudelius in Christianos faviturum. 4. Licite etiam Episcopi, Parochi, & Missionarii funguntur, ac quandoque favientem Tyrannum declinare debent, si in ipsos solos levatur, ac alii Ministris adfuit, qui relicti ibi Christianis spiritualia subsidia suppeditare possint. Manifestum est, inquit S. Th. 1. 2. d. 3. in cap. 10. *Joan. quod si quaeratur sola persona Prælati, possunt alii loco ipsius ad Gregis custodiam deputari, qui vice sui consulantur, & gubernent gregem: unde si sic fugiat, non dicitur admittere oves: hoc modo, & casu fugere licet. Immo expedit aliquando hæc fuga, si ea impediri possit ne Tyrannus in alios quosdam Christianos levatur, vel si redire posse sperent majori cum fructu. Sed Pastoribus, Sacrisque Ministris fugere non licet: si oves eorum indigent spirituali subsidio, si periculum sit ne dispergantur,*

& fidem amittant, ac si ex eorum fuga scandalum parentur fideles, atque infideles contemnentis Religionem occasione sumerent. Tum enim non solum caritatis, verum etiam justitiae debent, tenetur rudes instruere, dejectos roborare & erigere, nutantes confirmare, omnesque ad dimicandum totis viribus, pro Dei gloria, & honore, adhortari. Hinc proposito dubio: *An ad evitandum periculum liceat Missionariis a Missione discedere absque licentia Sacre Congregationis?* An 1646. Sac. Congr. de Propaganda fide respondit: *Tempore persecutionis esse magis necessariam Pastorum presentiam, ne Fideles pervertantur.*

Quarto, cum Infideles vel Hæretici Sacras Imagines contemnant, & Crucifixum contumeliosis affectibus, tenentur fideles palam orthodoxam fidem profiteri, debent enim, quoad fieri possit, injuriam Deo, & Sacris Imaginibus irrogatam propulare, ac per publicam Confessionem palam facere, orthodoxam fidem, Sacrasque Imagines honore dignas esse. Seculo vero periculo contemptus, licet Missionariis Sacras Imagines donare Infidelibus, qui iis delectantur, tum amicitie pacificæ fovendæ gratia, tum ad eos alliciendum ad amplectendam fidem. Ex Decr. Supr. Inquis. 1674. Neas vero est, ex eodem Decreto iis sacros libros, ac vasa sacra tradere, qui in Religionis contemptum uti possint.

Quinto dum infidelis, vel Hæretico Magistratu imperante, Christianorum Ecclesie, ædibus, aliisque locis libelli affiguntur, orthodoxæ Religionis detractantes, eandemque contumelias, & calumnias deturpantes, orthodoxi præcepto illo quo illatam Deo injuriam vindicare, ac sublatum est honorem restituere tenentur, in ea necessitate constituuntur, ut schedas auferre, libellis respondere, ac ad Judices delati palam orthodoxam fidem profiteri debeant. At scripturis, quæ non publica auctoritate, sed privata sunt, quæque Evangelicos Ministros injurias, calumniisque afficiunt, & orthodoxæ fidei adversantur, Ministris Sacri contraria opponere non prohibentur, dum tamen in eis imminere non videantur graviores persecutionis periculum. Satius tamen erit injurias, calumnias, blasphemias patienti animo ferre, ac negative se habere. Supr. Inquis. Decr. 1674.

C A P U T III.

De peccatis Fidei oppositis.

Triâ vulgo numerantur, nempe Infidelitas speciosa sancta, Hæresis, & Apostasia.

Quest. I. Quid & quovplex est Infidelitas? *Resp.* Infidelitas est carentia Fidei. Triplex est, negativa, privativa, & peccativa. Infidelitas pure negativa est carentia Fidei in eo, qui de fide nil unquam audivit. Hæc non est peccatum, sed tantum peccata peccati, ut constat ex Jo. 25. *Si non venissem, & locum suscepit eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo, infidelitatis.* Et hæc hæc Baji propositione damnata. *Infidelitas pure negativâ in his, in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.* Ratio est, quia omne peccatum est voluntarium, vel in se, vel in alio. At hæc infidelitas non est voluntaria neque in se, utpote in se non

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

non cognita, neque in alio, quia nil faciunt infideles illi, unde cognoscant, aut cognoscere possint, sequi infidelitatem illam. Nam ut aliquid sit voluntarium in alio, requiritur ut sit aliquo modo saltem consensu cognitum, ut fecerunt ex alio, quocumque connexion habet, & in quod voluntas directe ac immediate fertur; vel saltem cognosci poterit ac debeuit ut fecerunt ex alio; alioquin non est voluntarium in illo, cum nil sit voluntarium sine cognitione vel actuali, vel virtuali & interpretativa. Quare ejusmodi infideles damnabuntur quidem propter peccatum originale, & peccata personalia contra Legem naturalem commissa, non tamen propter infidelitatem.

Infidelitas privativa est carentia Fidei in eo, qui vel fidem non vult audire, vel insufficienter proponit non assentitur, vel non inquit, quando est sufficienter proposta, ut tæmet inquirere, quamvis nec potius dissentiat, nec errorem Fidei contrariam asserat. Est mortale peccatum, ex Jo. 3. *Qui non credit, jam judicatus est.* Nam est omnia voluntaria mediâ ad salutem necessariâ, & a Deo præcepta, atque reverentiæ auctoritati Dei revelantis debita.

Infidelitas positiva seu contraria, est carentia Fidei in eo, qui Fidei sufficienter propose ditentit, vel negando veritatem Fidei, vel errorem Fidei contrarium asserendo. Est mortale peccatum contra Fidem: nam continet gravem injuriam ac contemptum primæ veritatis, seu auctoritatis Dei revelantis.

Infidelitas positiva triplex est, Paganismus, Judaismus, & Hæresis. Paganismus est infidelitas, qua doctrina Fidei totaliter rejicitur. Ad hunc reducitur Atheismus, & Mahomedismus. Judaismus est infidelitas, qua doctrina Fidei in novo Testamento contenta rejicitur: sic tamen ut admittatur vetus Testamentum, continens illius figuras & promissiones. Hæresis est infidelitas, qua doctrina novi Testamenti non ex toto, sed solum ex parte rejicitur. Porro in hæc etiam infidelitas non datur parvitas materie, cum nulla possit esse infidelitas positiva, sine contemptu auctoritatis Dei revelantis, qui exigit ut credatur res a Deo revelata, ubi primum sufficienter propose sita sunt ut a Deo revelata.

Quest. II. An infideles possunt cogi ad Fidem suscipiendam?

Resp. 1. Certum est infideles baptizatos, sive Hæreticos, sive apostatas, posse cogi ad Fidem Catholicam suscipiendam, & servandas Leges Ecclesiasticas, quamvis baptizati sint in infantia, vel in adulta ætate ex metu compuli. Quia consensus est subsidium Ecclesie quoad ea, que ad salutem & religionem spectant.

Resp. 2. Infideles non baptizati, sive sint subditi Principibus Christianis, sive non, compelli directe non possunt ad amplectendam religionem Catholicam. *Prob. 1. ex c. 3. de Bapt. & 9. de Judæis.* 2. Ex praxi Ecclesie, que nunquam tali coactione sine per se, sive per principes Christianos usâ est, quamvis id facile possit obtinere a Principibus religiosissimis, puta Constantino Magno, Theodosio, & aliis, quibus innumeri infideles subditi erant. 3. Quia Ecclesia nullam habet potestatem in non baptizatos, ex 1. Cor. 5. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt judicare?* Ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 3. *Potestas vero secularis, utpote mere poli-*

tica ac temporalis, non extenditur ad separandam illa, ut est Fidei subceptio. Adde quod Fidei a Baptismi suscepi debet esse voluntaria, alioquin non esset vera, sed fida & facerata. Igitur autem Christi, Luc. 14. *Compelle intrare, significat abhortationibus adducendo esse homines ad Fidem.*

Dixi, directe. Nam Principes possunt 1. Vetere infidelibus subditi Legum Idololatricarum: quia possunt prohibere id quod Legi naturali repugnat, & cogere ad illius observationem, & præsentiam ad ea, que ad publicam morum honestatem spectant. Sic Constantinus Magnus tulit Leges contra Idololatras, quas approbat S. August. Nam Princeps tenetur subditos dirigere ad finem gubernationis naturalis, qui est vivere secundum rectam rationem. 2. Cogere illos ad audiendam Fidei doctrinam, negando illi jus habitandi in suis provinciis, vel exigendo majus tributum, justum tamen, quam ab aliis, ni audiant; vel negando privilegia & gratias aliis concessas. Sic Gregorius XIII. Constit. 92. statuit, ut Judæi ad audiendam singulari hebdomadis concionem de rebus nostræ Fidei cogentur ab Ordinariis locorum, sub pena interdicti cum fidelibus commercii, vel alius simili.

Resp. 3. Juxta S. Th. 2. 2. q. 10. art. 1. Ecclesia potest per Principes Christianos compellere Infideles, ut non impediatur prædicationem & propagationem Fidei: quia habet jus & potestatem prædicandi Fidem per totum orbem. Marc. 16. *Prædicare Evangelium omni creature.* Sed qui habet jus ad aliquid faciendum, habet potestatem non solum illud exequendi, sed etiam compellendi per se vel alios, ut non impediatur ejus executio.

Quest. III. An licet cum infidelibus communicare?

Resp. Non licet in eorum ritibus, sacrificiis, orationibus, cultu superstitioso; quia talis communicatio est exterior quædam professio & approbatio falsæ religionis, ac prout viruulis negativæ vere. At in civilibus, seculo periculo pervertionis & scandali, licet, ex 1. Cor. 10. *Si quis vocat vos Infidelium, & vultis ire, omne quod vobis opponitur, manducate.*

Jure tamen canonico vetitum est omnibus Christianis, ne cum Judæis habitent, comedant, in balneo laventur, ipsi famulentur, & ab eis medicam accipiant. Item ne officia publicis committantur. *tit. de Judæis.* Ex Concil. Gener. Later. Quod sanctum est tum ad vitandam dignitatem Christianæ religionis, tum ad vitandum pervertionis periculum per familiaritatem cum Judæis, qui præ ceteris Infidelibus religioni Christianæ adversantur, & Christum blasphemare solent.

Quest. IV. An licita est disputatio de rebus Fidei cum Hæreticis?

Resp. 1. Prohibita est omnibus laicis, c. 2. de hæret. in 6. Inhiberentur ne cuiquam laico persone liceat publice vel privatis de Fide Catholica disputare. *Qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.* Circa quod.

Nota 1. Ibi comprehenduntur etiam laici docti, nam nullus excipitur. 2. Nec prohibito locum non habet in casu necessitatis, si laicus sit doctus, ut si quis Hæreticos Fideles perverteret, nec adflectit clericus docti, qui Fidem tuerentur. Immo tunc Lege divina tenentur, ut saluti proximi consulentes,

pitatum c. 12. de Hæret. in 6. Item jurisdictionis spiritualis, c. *Audimus* 24. q. 1. &c. *Aperte* ibi: 5. Bonorum conficatio c. 10. de Hæret. sed hoc non ubique viget: 6. Privatio sepultura Ecclesiastica c. 2. de Hæret. in 6. ubi excommunicantur ii, qui heretice scienter tradunt sepultura Ecclesiastica. In Gallia tamen heretici sola ipso facto excommunicantur: majori censeturque privationibus & inhabilitatibus ei annexis multari dicuntur; a qua excommunicatione Episcopi per se, vel per delegatos absolvent ex antiqua consuetudine.

Nota. Credentes, receptatores, defensores, & fautores hereticorum ipso facto in excommunicationem incurrunt, & privantur sepultura Ecclesiastica, cap. 13. de Hæret. ex Concil. Gener. Later. IV.

Nota. Ab excommunicatione, in quam quis incidit ob hæresim occultam, potest Episcopus absolvi juxta Concil. Trid. Decr. sess. 24. c. 6. At ejusmodi facultatem fuisse sublatam a Bulla in Cæna Domini, innuuntur Doctores tradunt, quibus accedunt declarationes, tum Summæ Inquisitionis, tum Summorum Pontificum, Gregorii XIII. Clementis XIII. & Pauli V. teste Cardinali Alberto de *Incap. in fide* cap. 25. n. 9. Ab hæresi externa non est, occultata, si ad forum contentiosum deducta non est, solus Pontifex absolvi; si ad forum contentiosum sit deducta, absolvens facultas competit Episcopo per Textum in cap. ut officium de Hæret. in 6. in illis verbis: *Absolutiois beneficium impendatur*: Si enim is potest Hæreticorum causas in sua Diocesi cognoscere, ita etiam eos absolvere. Albit. *ibid.* n. 34. & seq. *Missionarii in foro conscientie tantum possunt juxta sua facultates, & in locis suorum Missionum absolvere hereticos: in foro vero exteriori, post instructionem debent remittere Conversos pro absolute ad Episcopos locorum, vel Inquisitores, & eorundem Vicarios.* Congr. Supr. Inq. die 28. Septem. 1672.

Contra illorum opinionem Theologorum, qui censent fas esse Parochis, hereticum, ut vocant, materialiter absolvere, pugnat Decretum, quod sequitur Suprem. Inq. die 19. Aprilis 1645. *Contra P. N. qui Joannem hereticum Calvinium nulla procedente auctoritate ab hæresi absolvit, eidemque sue reconciliationis litteras testimoniales dedit, asserendo hoc potest agere, cum dictus Joannes ignarus heretici, & errorum Galceini non possit dici hereticus formalis, sed tantum materialis: & ideo non egerit absolute ab excommunicatione, qua supponit peccatum, quod propter ignorantiam dictus Joannes non incurrit. Litteris litteris Inquisitoris N. datus die 11. Julij, Eminentijs, deprecantur, ut dictus Pater N. acriter moneretur, ut ita ut in posterum a similibus abstinere, nam alias severè punietur, quia ipsius opinio potius metaphysica, quam vera in S. officio non est recepta. Quare Inquisitor animadvertere ne idem Pater N. aus alii hujusmodi opinionem sequantur, sed curet ut hujusmodi heretici ad S. officium mittantur.*

Quæst. An sublatâ Episcopo vigore Bullæ Cœnæ facultate absolvendi ab hæresi occulta, sublatâ etiam censetur facultas dispensandi ab irregularitate?

Resp. Albitus negative loc. cit. n. 43. Plures ad eam sententiam confirmandam laudat DD. Summum dum diverse facultates ad duos actus distinctas, quarum unus non pendet ab alio. Ita etiam

In Penitentia servari ait, quæ dispensare potest hereticum occultum ab irregularitate, etiam cum dem absolvi nequeat ab excommunicatione ob hæresim, (si habeat complicem.)

Adverte quod Heretici formales, qui hæresim animo conceptam externa voce, aliave actione moraliter mala asserunt, aut profitentur, excommunicationem incurrunt hodie Papæ reservatam. Habetur in prima excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini. Vide Bonac. de censur. in Bulla Cœnæ disputat. 1. q. 1.

Nota. 1. Ad hanc excommunicationem incurrendam quatuor conditiones requiri, ut recte notat Layman l. 1. tract. 1. c. XIV. 1. Ut aliquis sit verus, & formalis hereticus, non materialis, & objective tantum. 2. Ut aliquis hæresim animo conceptam exterius significet. 3. Ut actio externa, per quam hæresis interna significatur & profiteretur, mortaliter mala sit: sicuti notat Becanus c. 15. q. 2. n. 8. quapropter excommunicatus non est, qui hæresim animo conceptam alteri manifestat, consilii, vel instructionis capiendæ causa: quia hujusmodi manifestatio non malus, sed bonus actus est, qui ab Ecclesia puniri non potest. 4. Ut aliquis hæresim suam exterius manifestet animo eam asserendi, vel profitendi, sicuti recte notavit Azor. l. 2. c. 10. q. 7. quia dicta excommunicatio lata est propter extremam hæresim, non est autem peccatum extremam hæresim, nisi quod ab interna hæresi informatur, dum eam aliquis exterius asserere, asserere, vel profiteri intendit.

Nota. 2. In eadem Bullæ Cœnæ excommunicantur hereticorum credentes; id est, qui hæresim implicite profitentur dicendo 7. 5. vera esse dogmata, quæ Lutherus, aut Calvinus contra Romanam Ecclesiam docuit, se pro his mori paratos; licet in particulari nesciant, quænam ea dogmata sint.

Etiã vero hujusmodi credentes vere ac formaliter heretici sunt; tamen ne quis de eorum excommunicatione dubitare possit, eorum etiam specificam mentio in Bulla facta est. Vide Suarez. to. 1. disp. 22. sect. 2. n. 6.

Nota. 3. In eodem §. Bullæ Cœnæ excommunicantur hereticorum receptores, fautores, & quilibet defensores; nempe ii qui favorem, vel auxilium heretico præbent, quatenus hereticus est: five, ut hereticum suam facilius doceat, defendat, aut latius diffundere possit; sicuti explicat Scotus in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. post 5. conclus. Quamvis ad hoc non requiratur formalis, atque directa intentio propagandi hæresim, sed sufficiat indirecta, seu imputativa. *It.*

Quæst. VIII. An licita est lectio libri heretici?

Resp. Jure naturali prohibita est iis, quibus ex tali lectione imminet periculum perversionis: quales sunt infirmi in Fide, & præsumunt esse rudiores, & in rebus Fidei parum eruditi, & semidoti, immo & eruditi vix plerumque, quorum Fides interdum infirmior est, quam simplicium & rudiorum. Nam quisque ex caritate Deo ac sui tenetur periculum peccati, & salutis amittendæ vitare. Immo seculo periculo perversionis est graviter illicita etiam dogmatis & firmis in Fide, quando est prohibita ab Ecclesia simpliciter & absolute; quia Ecclesia eam prohibet non solum ob periculum perversionis, sed etiam in odium & præna hæresis ac auctoris hæ-

retici. Præterea Lex fundata in præsumptione peccati obligat omnes qui non excipiuntur.

Lectio autem & recitatio librorum quorumcumque hereticorum prohibita est sub excommunicatione in Bulla Cœnæ & aliis Pontificibus, & in Bulla Cœnæ. Et quamvis hæc præna (inquit Grandia Doctor Sorbonicus) non vigeat in tota Gallia ubi non est promulgata Lex Indici, nec Bulla Cœnæ, non definit tamen peccare, qui sine licentia libris ejusmodi legit: five quia eatenus receptus est Index quoad Libros prohibitos: five quia vi Legum antiquioris Juris prohibitio librorum hereticorum in Gallia in suo vigore perseverat, transgredere ad libros heretice doctrinæ, qui nunc solentur. Lectionem cujuslibet libri heretici sub peccato mortali prohibita esse in Gallia, non tamen sub excommunicatione, Pastores Ecclesiæ Gallicanæ semper & ubique docuerunt, inquit eruditus recentior Gallus; addens, docere auctores Gallos, Episcopos in Gallia esse in possessione concedendi facultatem legendi libros hereticos & prohibitos.

Notanda sunt sequentia.

1. Nominis libri heretici prohibiti, ex usu Patrum & Nyfine Curie Romanæ comprehenduntur breviter scriptura, oratio, concilio, disputatio, epistola de religione tradens. Nam sepe equat ad etiam majus periculum continet quam liber grandior.

2. Ex communi sententia datur in tali lectione parvitas materiæ, sed hæc difficile designari potest. Videtur ad mortale sufficere quindecim lines, aut forte pauciores: quia hæc communiter possunt continere materiæ sufficientem ad perversionem. Immo juxta veteres, non excusatur a mortali culpa & censura, qui legit paucas lines libri heretici, in quibus scit hæresim contineri; quia sunt partes substantiales libri heretici, ideoque notabiles relative ad finem prohibitionis; & æquivalent multis aliis, cum continent substantiam veneni. Quod videtur a nemine negari posse, si ille pauca continentem atque approbationem propositionis hereticæ. Item ex communi datur parvitas materiæ excusans a mortali in tempore quo retinetur liber prohibitus, nisi retineatur animo retinendi diutius.

3. Prohibito libro censetur quilibet illius pars prohiberi, quamvis nullum forte errorem contineat; præsertim cum prohibito fiat etiam in penam & detestationem erroris & hereticorum.

4. Peccat & contrahit censuram, qui licet ipse non legat, tamen curat alium legere, ut ipse audiatur: nam moraliter continet ipse legere per alterum minitendum: *Quod enim quis facit per alium, est peccatum ac si faciat per seipsum.* 103. 2. Jur. in 6. Neque ad strictam verborum interpretationem confugiendum est, cum de mente Legislatoris rationaliter dubitari nequit. Ita Azor, Layman &c.

Adverte quod Excommunicationem Sum. Pontifici reservatam incurrunt, qui heretici librum hereticum continentem, vel de religione tractantem, sine Apostolicæ Sedis auctoritate, scienter legunt, retinent, imprimunt, vel quomodolibet defendunt. Ita habetur in prima excommunicatione Bullæ Cœnæ; addit colligitur, quatuor conditiones requiri, ut excommunicatio ex hoc capite contrahatur. 1. Ut liber ab heretico scriptus sit, five uno ex recentioribus, five vetustioribus ab Ecclesia damnatis; nisi quod scripta Tertulliani, & Origenis, licet errores

contra fidem continent, propter eruditionem; & quia nullum jam ab illis periculum in fide timeatur, ab Ecclesia premituntur: quæ de vide. Azor. l. 8. c. 16. q. 26. Deinde nihil refert, utrum liber sit typis excusus nec ne, dummodo ab heretico scriptus. Non autem excommunicatio incurritur, si quis heretice scriptoris heretici, in libro Auctoris Catholici ad verbum insertos, quamvis præva intentione hæresim discendit, legat: quia lege canonica non punitur discendus, sed factum legentis librum heretici: iste autem non legit librum heretici. Idem dicendum si in libro Auctoris Catholici adjecta scholia Auctoris heretici legat, quia talis liber non heretice commentantis esse censetur, sed Catholici a quo scriptus est. Limita, nisi tales, vel tam copiosi essent commentarii, ut jam censetur liber potius ex eis quam ex textu constare. Layman.

Altero conditio est, ut liber vel heresim in se continet, vel de Religione tractet; pura Sacramentum interpretando, Theologicas questiones decidendo &c. circa quam conditionem duo extra controversiam esse debent. Primum. Non esse prohibitos hereticorum libros Philosophicos, Medicos, Juridicos, Historicos, Poeticos, si nullam hæresim continent. Alterum; prohibitos esse hereticorum libros, qui ex professo de Religione tractant, nisi certum fiat, nullum errorem contra fidem orthodoxam in his contineri.

Tertia conditio, ut aliquis ejusmodi librum *Sciatur* legat, imprimat &c. Quare ab ita censura immunus sunt, qui ignorant, quamvis causa ignorantiæ, librum heretici esse, aut de Religione tractare, juxta dicenda in tract. de Censuris c. 1. q. 4. Porro hæc requiritur ad censuram hæc præva legentis intentio, seu affectus hæresim concipiendi, sed sufficit etiam sola curiositas.

Quarta conditio est, ut id, quod legitur, materia notabilis sit, atque sufficiens ad peccatum mortale; cum enim in aliis rebus parvitas materiæ a mortali excuset, cur non item in hæc? præsertim cum hæc læ Ecclesiastica sit, gravissimum excommunicationis poenam inferens.

Uterius, quod attinet ad recensentes libros hereticorum, quædam addenda sunt. I. Nichil ferre, utrum quis in sua, aliena domo; si nem nullum, in alieno nomine; denique utrum causa legendi, nec ne, talem librum recineat, five afferat: quia Pontifex simpliciter prohibet libros afferri, vel eos penitus extrahi. II. Requirit remotionem. III. Ex constitutione Gregorii XV. an. 1623. apud Dianam libri prohibiti propria auctoritate neque comburi, neque citari possunt, sed tradendi sunt Inquisitoribus. Quamvis Fill. to. 2. tract. 2. c. 7. n. 107. excusset comburentem, aut dantem alteri qui habet facultatem legendi illos.

Quod attinet ad impetrentes, sciendum est, hoc nomine omnes comprehendendi, qui ad libri impressionem propinque cooperantur, videlicet qui librum imprimendum tradit Typographo, qui succipit, qui typos ordinat, denique qui imprimunt. Ita Layman.

Denique quod attinet ad quomodolibet defendentes, eo nomine comprehenduntur ii qui librum heretici, quatenus heretici opus est, commendant, ad incendium, vel manu Inquisitoris vindicant. Tollet.

que hac unica via tot hereticorum libros perdere poterant. Mirum itaque non est, si antiquae Ecclesiae nullus proscriporum Librorum Catalogus currat; nam index ille Synodo Apocryphorum a Gelsaso Papa in Romana Synodo propositus, inquit Cl. P. Catalani, nequaquam dici potest Index Librorum prohibitorum, juxta usitatum modernam praxim. Index exhibet libros tam privati, quam publice legi prohibitos, cum copios illos decreti est libros proponere, qui in Ecclesijs per anni curriculum a nonnullis legimus pro fidelium edificatio- ne. At inde injuria colligas, nunquam in Ecclesia privatam Librorum lectionem fuisse prohibitam. Nam id vetitum fuisse constat ex supra cit. Constit. Apostolicar. lib. ex S. Leonis verbis, ex Conciliis om- nibus generalibus, in quibus damnati fuerit Hæreti- corum libri, ex canone 16. Conc. IV. Carth. quo statuitur, ne Episcopus Gentilium libros legat; Hære- ticoorum autem pro necessitate, ac tempore; atque ex eo, quod S. Epiphanius an. 401. in Synodo Cy- pri Librorum Originis lectionem prohibuerit. Hac sane ostendunt privatam quoque Librorum lectionem interdicti consuevisse. Nec desunt gravissimi Theologi, qui Gelsasiani quoque decretum ad private quoque lectionis prohibitionem extendat Librorum, qui Apocryphi declarantur; cum scripta eorum in illo catalogo se consignare voluisse declaraverit, que a Catholicis vitanda sunt. Haecenus de disciplina, qua universum via est Ecclesia in eripiendis a Fidelium manibus Hæreticorum libris, noxiisque scriptis.

CAPUT II.

De stabilita per Apostolicam Sedem disciplina circa examen, proscriptionemque Librorum post inventam artem typographicam, ac post ortum Lutheri, Calvinique hæreses.

Superiori in capite ostendimus, qua via Ecclesie Pastores & Fidelium manibus impiorum Libros eriperint, cum nondum ars typographica inventa esset. Quanta vero eorum, ac præsertim Romanorum Pontificum cura fuerit, quantum Principum in Ecclesie, & Apostolicæ Sedis decreta obsequium, vel ex eo intelligis, quod ne vel unus quidem antiquior hereticorum liber superfit. At inventa arte typographica, ortus Lutheri, & Calvinii hæresibus atque divisa malis hereticorum artibus in varia sehis- mata Europa, alia ratione occurrendum fuit malis, que ex pravorum Librorum lectione orientur. Vi- gile etiam deinceps, & ipse Leo X. omnes Lutheri libros sub gravissimis penis comburi jussit, ac etiam nunc vixet usus comburendi per manus carni- ficis certum Librorum genus. At est id satis est ad conciliandam iniquis Auctoribus infamiam, & ad ostendendam Ecclesie voluntatem, que illos aboli- tos velle, ac publicam præferat execrationem, qua homines ad horrendam illius libri lectionem inci- tantur; tamen sufficiens non est ad omnia profici- perenda typi evulgata, & diffusis in locis mul- torum manus delata exemplaria. Quanobrem nova, atque aptiori disciplina Fideles ab horum Librorum lectione deterrere oportuit.

Cæpit ars typographica circa an. 1460. Initio au- tem, cum omnes imprimendis selectioribus antiquo- rum scriptis intenti essent; commoda hujus nove artis

homines experiebantur, ac laudabant; que vero in- de mala oriura essent, nec præsentibus, nec futu- ricabantur. Sed postquam initio sextidecimi sæculi, ob nimiam in antiquis Theologis, Patribusque car- tæ, atque sacris Scripturis interpretandis liber- tatem, & ob horas Lutheri, Calvinique hæreses, plures noxii libri edentur, inter quos nonnulli, mentio quoque nomine, hæretico fermento conspersi essent; nova Apostolicæ Sedis œconomia, majorque cura, & sollicitudo erigitur. Nam Leo X. combuit nonnulli Lutheri scriptis, interdixitque sub ana- thematis pena illius operibus, in Concilio Lateranen- si anno 1513. sessione 10. vetuit, ne deinceps imprimerentur libri, nisi prius in Urbe, ab ipsius Vicario, & Magistro Sacri Palatii, aut a Peronis ab ipso deputatis, examinatis essent; in aliis locis vero ab Episcopo, vel ab eius deputato, aut ab Inquirentore hæreticæ pravitatis ejus Civitatis, & Diocesis, in qua impressio fieret. In transgressores vero, præter excommunicationem, suspensionem ab exercitio artis, amissionem Librorum, aliaque pe- nas arbitrio Ordinarii infligendas constituit. Deinde etiam Julius III. cavit, ne cui liceret, libros Lu- therianorum, aliorumque hæreticorum legere, aut habere apud se, iique sub penis spiritualibus, & temporalibus, que in hæreticos latae essent.

Sed cum plures quotidie prodirent hæretica labe conspersi libri, qui, merito plerumque Auctoris nomine, ac variis artibus ita errores occultabant, ut facile non esset eos a Catholicorum libris secer- nere, ac simplices illorum lectione decipere, ac fe- dacere possent, communi Orthodoxorum voto Ca- talogus, five Index Librorum, quorum lectio perni- ciosa foret, opabatur. Hinc etiam Carolus V. Pa- llati Lovaniensis jussit, ut Librorum, qui hæreti- ci, vel hæreses suspelli essent, catalogum tere- ret, qui auctoritate ipsius Caroli V. an. 1546. vul- gatus fuit. Cum vero affidue nonnulli hæreticorum li- bri prodirent, furforem quoque edidit eadem sacra Facultas, quem addito speciali Edicto Imperator publicari mandavit anno 1556.

Sed cum istiusmodi Indices summe auctoritatis non essent, que omnes ubique Fideles obligaret, ac libri etiam, qui ab hæretica Italica lingua editi essent, desiderarentur, Paulus IV. P. M. anno 1557. iis, qui Sacra Inquisitioni contra hæreticam pravita- tem præsent, mandavit, ut Indices elaborarent, con- sectumque eodem anno vulgavit. In quo est nullum extat decretum, ita tamen a tergo facies libri legi- tur, inquit Catalanus de Secret. Sac. Cong. Ind. cap. IV. Index Alphabeticæ ordine dispositus est &c. Edidit præterea idem Pontifex illum Indicem ann. 1558. die 30. Decembris, quem initio anno 1559. vulgavit, latis censuris contra legentes, & tenentes libros prohibitos in Bulla Cœne expressis, additis etiam aliis gravissimis penis. Pius autem IV. Pauli Successor rigorose temperans totum illud Indicem Li- brorum negotium ad Conc. Trid. detulit.

Quid vero deinceps actum fuerit, paucis innuit Clemens VIII. in Constit. ejus initium est Sacrosan- ctum, in qua ait: Sed cum nostris bisce calamito- sis temporibus antiquus humani generis hostis a sua malitia nunquam recedens, ad eandem catholicam doctrinam labefactandam, pessimas hæreses, & detestabiles errores, aut novos conspiceret, aut veteres ex inferis excitaasset, Sacra Tridentina Synodus

peccentem noxiorum Librorum copiam, que plus nimis excreverat, cætere, aut auferre, cupiens, primum quidem doctrinam, aliquos viros delegit, qui de tota ea re cognoscerent, & deliberarent, deinde vero cum in negotio illo parum progressus esset, jussit de causis eadem Synodus permissa, ad ipsam sedem Apostolicam, integram rem deferendam fieri. Quid vero Romanus Pontifex egerit, his verbis declarat: Itaque sel. rec. Pius Papa IV. Predecessor noster, qui tunc ad Ecclesie Governan- da sedebat, Fratris quibusdam doctrina, & pruden- tia præstantibus adhibitis, Indicem Librorum prohibitorum, & Regulas quasdam per suas Lit- teras in forma Brevis promulgavit, & ejusmodi noxiorum Librorum detrimentis depellendis opportu- ne providit. Litteræ autem Pii IV. initium habent, Dominici Gregis &c. Clem. vero VIII. hæc eadem Constit. Indicem eundem, postea a Sixto V. auctum, Apostolica Auctoritate recognovit publicavit: insin- gulatione adjecta de exsequendo prohibitionis Decreto, deque sincere emanandis, & imprimendis Libri ratione. Hujus Indicis conscriptionem commiserat Grego- rius XIII. Sacra Indicis Congregationi a S. Pio V. instituta; Index vero auctus fuit sub Sixto V. ac absolutus fuit Clemente VIII.

Itaque Apostolicæ Sedis cura Librorum improba- tes, Lectionis Indices plures prodire, ac novis oc- currentibus Libris, iterum aucti in lucem mitterun- tur. Præter Congregationem Supremæ Inquisitionis, aliam quoque Cardinalium Congregationem, que In- dices appellatur, instituit S. Pius V. eamque novis facultatibus auxit Sixtus V. novisque privilegiis roboravit Clemens VIII. in sup. cit. Constit.

Hæc autem indicavi, ut inde omnes agnoscat, que fuerit, quoque nunc sit Romane Sedis pro im- pedienda noxiorum Librorum lectione sollicitudo, quantumque ejusdem hæc de re Decretis debeatur obsequium. Ecclesie enim unice munus est demonstrare Fidelibus, quinam sunt noxii libri, quorum lectio ho- mines seducere, ac depravare possit. Ubi vero nisi in Romana ac Petri Sede id fieri potest? Quis non videat Divina ei providentia concessum esse, ut in statum illum deveniret, in quo hæc nostra ætate, & undique conquirere libros, & doctos cujusque facul- tatis Censores, & tantæ dignitatis, & auctoritatis Judices, quanta sunt Cardinales, habere possit? Si non aliam auctoritatem haberet, quam ab Ecclesia in Tri- dent. Synodo congregata eadem collatam, non non- omnes ejusdem Decretis obtemperare deberent? At eam habet, quam Christus Petro, supra quem Ecclesiam suam fundavit, commisit; quam Petrus ipse, eorum- que successores in universam Ecclesiam semper exer- cere; quam demum totius Sacerdotalis jurisdictionis, veluti Centrum unitatis, ac veluti Matrem, & Mag- istrum omnium Ecclesiarum.

Sed videamus, qua regulas pro djudicandis, ven- tandisque Libris stabilierit, & qua ratione ad eodem proscribendos procedat. Libri, qui in hujusmodi ca- talogum referri debent, inquit Pius IV. Constit. incipit. Dominici Gregis, ii sunt, qui vel Hæretici sunt, vel de hæretica pravitate suspecti, vel certe moribus, & pietati nocent. Hæc sane præcipua, ac generalis regula est, atque ad hæc facile vocantur prohibitionis etiam Librorum in odium Aucto- rum, eorumque, qui, ob non servatas in editione

prescriptas ab Ecclesia regulas, vetantur; iur non se- rio expendenti liquet. Quis vero non videat, Passio- nis munus esse, hoc ex illorum manibus, quorum animarum rationem sint Deo redditur, præterire li- bros? Que autem methodus sit, quam Apostolica Sedes in eis examinandis, proscribendisque libris ser- vet, habes ex Constit. S. M. Benedicti Papæ XIV. quam integram recenseamus.

CONSTITUTIO BENEDICTI PAPÆ XIV.

Quæ Methodus præscribitur in examine & proscri- ptione Librorum servanda.

Sollicita ac provida Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum vigilantia in cam semper curam incubuit, ut Christiane ab eorum Librorum Lectione averteret, ex quibus incauti ac simpli- ces detrimenti quispian capere possent, imbuo- que opinionibus ac doctrinis, que vel morum integra- ti, vel Catholicæ Religionis Dogmatibus adverfan- tur. Nam, ut vetustissimum miramus S. Gelsasi I. Decretum, quoque jam pridem a Gregorio IX. ali- que Pontificibus hæc de re statuta fuerint: ignorare neminem arbitramur, que fuerint a Prædecessoribus Nostris Pio IV. Sancto Pio V. & Clemens. VIII. diligentissime præstita; ut saluberrimum usque a Sa- cratissimæ Tridentinæ Synodi Patribus susceptum, mature discussum, ac bene ad exitum perductum, de vetite lectionis Librorum Indice conficiendo, atque vulgando, non absolventur solum, ac per- ficerent, sed sapientissimè etiam decreta ac regulæ communicent. Quod quidem negotium Apostolicæ Sedes continenter urget, ac promovet, ad id depa- tratis duabus Sanctæ Romane Ecclesie Cardinalium Congregationibus, quibus omni inquirendi in pravo noxiosusque librorum impostum est, cognoscendique, quibus emendatio, & quibus proscripito debeatur. Id numeris Congregationi quidem Romane Cardinalium Inquisitionis a Paulo IV. committam perhibuit, id- que adhuc ab ea exerceri pergit, ubi de Libris ad certa rerum genera pertinentibus judicandum occu- rit. Certum est autem, S. Pium V. primum fuisse Congregationis Indicis institutorem, quam subsequen- tes deinde Pontific. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. confirmarunt, variique Privilegiis & Facultatibus auxerunt. Ejusque proprium, ac se- re unicum Officium est in examen Libros vocare, de quorum proscriptione, emendatione, vel permis- sione capiendi est deliberatio.

Qua maturitate, consilio, ac prudentia in Con- gregatione Universalis Inquisitionis de proscribendis vel dimittendis Libris deliberetur, cum neminem latere putamus, tum Nos ipse plane perfectum ac diuturna experientia compertum habemus. Nam in minoribus constituti, de Libris nonnullis in ea cen- suram nullius, & Consultoris ejusdem Congregatio- nis numero idu perfundi firmus, postremo Inter Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales cooptati, Inquisito- ris Generalis locum in ea obtinuerunt; ac demum ad Apostolicam Sedem, meritis licet imparibus, evecti; non modo Censuram animadversivam in Libros non-